



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Dubium I. Quid sit suspensio, quotuplex, & unde dignoscendum, qualis &  
quanta sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

Quod particulares Doctores attinet , his redi-  
dunt deridiculos , si nimis prompti sint in cen-  
surandis propositionibus aliorum : dicitque be-  
ne vindex Gobati , quo fere doctior quisque est , eō parco  
esse solet in damnandis aliorum opinionibus , ut in Doh.  
re Angelico , Seraphico , subtili , aliisque licet observan-  
Reprehendi non meruit , quod recte defendi potest inquisi-  
S. Aug. Epist. 15. ad Hieronymum.

## C A P U T III.

395.

*De suspensione & degradatione.*

## D U B I U M I.

*Quid sit suspensio , quotuplex , & unde digni-  
scendum qualis & quantas sit.*

• R Esp. I. Suspensio est censura , quā Clericus  
• functiones aliquas ecclesiasticas exercere  
• prohibetur. V. Bon. ro. i. d. 3. p. 1. Lay. l. i. t. s. p. 1  
• c. 1. Unde resol.

• I. Solus Clericus potest suspendi.  
• II. Suspendere possunt , qui possunt ferre  
• censuras.

• III. Ex genere suo , & nisi parvitas materiz  
• excusat , est peccatum grave , exercere actum per  
• suspensionem prohibitum , unde & irregulari-  
• tatem inducit. Si tamen suspensus toleratus se  
• non ingerat in tales functiones , sed ab aliis pro-  
• pter utilitatem requiratur , probabiliter non  
• peccat , cum alii licet requirant : imo eti no-  
• minatim sit denunciatus & non toleratus , ali  
• tamen non tenentur sub mortali eum vitare ,  
• nisi censeantur cooperari actui , à quo suspensi  
• est : unde audire ejus Missam , non erit pecca-  
• tum , ( saltem mortale ) si non inservias. Ita pro-  
• babiliter Arila , Henr. Suar. Sayr. apud Bon. p. 4. M. 4  
• metiam Laym. n. 7.

hi se red.  
nt in cen-  
it, quia non habet jurisdictionem.  
citate be-  
t, eò parci-  
ut in Dif-  
e obser-  
te, si inqui-  
ordinis, five jurisdictionis; alia à beneficio;  
alia ab utroque. 3. Suspension ab officio, vel est à  
toto, vel à parte tantum, scilicet à functione or-  
dinis vel jurisdictionis. Item suspension benefi-  
ci, vel est à beneficio absolutè vel à quibus-  
dam tantum functionibus ejus ratione compe-  
tentibus. Laym. Bon. ll. cc.

Resp. III. Quantitas & qualitas suspensionis  
tolligi debet ex verbis, quibus fertur: Quæ ut-  
pote in re odiosa, non amplius sunt extenden-  
da, quām propriè accepta significant: Unde re-  
solvit,

I. Suspensio absolutè & in toto prohibetur  
omne exercitium ratione officii proveniens,  
tam ordinis quām jurisdictionis, & consequen-  
ter non potest celebrare, nec validè excommu-  
nicare, beneficia conferre, &c. Suspension verò à  
parte beneficij determinata, v.g. ab ordine tan-  
tum vel jurisdictione, privatur tantum illius  
officii functionibus: Unde Episcopus v. g. à ju-  
risdictione suspensus, et si non posuit excommu-  
nicare, absolvere, delegare, &c. Potest tamen  
exercere actus ordinis, ut consecrare templo, or-  
dinare, &c. Bon. l. c.

II. Suspensus à certa functione Ordinis, v.g.  
à Sacramentorum administratione, non est su-  
pensus à sacrificio. Similiter suspensus ab ordi-  
ne, potest nihilominus conferre primam ton-  
suram, quia non comprehenditur sub Ordine.

III.

» III. Suspensus ab officio simpliciter, non intelligitur suspensus à beneficio seu fructibus ejus: Debet tamen per alium supplere, qui per se nequit, ut fructus percipiat. Bon. n. 10. ex N. Suar. Henr. Fill. &c.

» IV. Suspensus ab ordine non videtur suspensus à beneficio, quia beneficium non fundatur in ordine. Bon. tamen dicit, indirectè suspendi à fructibus ejus, quia dum non potest facere officium, non potest percipere fructus, v. n. 5.

» V. Suspensus à beneficio, et si hoc ipso intelligentiatur suspensus à recipiendis fructibus ejus, non tamen ab officio, sive jurisdictionis ordinis, etiam quod illi ratione ipsius beneficii competit: Unde tenetur legere Horas, & cetera onera beneficii praestare, licet fructibus non fruatur: hoc enim debet sibi imputare. Non tamen privatur commodo, quod provenit ex anniversariis stipendiis Missarum; nec eo, quod datur propter onus personale Clerici, quia non sunt fructus beneficii: Secus est de distributionibus quotidianis; licet ex his vel aliis beneficiis fructibus possit ali, si aliunde sustentari non queat. Bon. n. 12. Sayr. Suar. Fill. &c.

» VI. Suspensus à beneficio potest nihilominus eligere, praesentare, conferre beneficium, quia et si haec jura competant illi ratione beneficii, illi tamen actus non sunt beneficii præcise sicut sic, sed potius officii & jurisdictionis. Ibid.

» VII. Suspensus à beneficio vel ordine absolutè & sine addito, intelligitur suspensus ab omni beneficio vel ordine, nisi aliunde aliud constet. Ib. n. 8.

» VIII. Suspensus absolutè, intelligitur ab officio & beneficio. Legm. c. i. n. 2.

IX. Suspenso Capitulo vel Conventu , non  
sententur suspensi singuli , nisi sint in culpa , ait  
a. V. Suspenſio , & Laym. n. 3. <sup>oo</sup>

X. Si Prælatus solo verbo dicat Sacerdoti ,  
suspendo te , v. g. à celebratione , videtur esse  
simplex tantum prohibicio , non censura , quia  
haec licet non fertur , nisi scripto : Prælatus au-  
tem non debet præsumi velle peccare , nisi aliud  
conferat de ejus intentione , aut nisi religio ha-  
beat privilegium , absque scripto ferendi censu-  
ns. V. Bon. to. i. De censuris in communi , d. i. q. 1. p. 7. <sup>oo</sup>

## A D D E N D A.

Q Uæst. 46. Quid circa hæc præterea sit notandum. 396.

R. §. 1. Docent cum aliis *Castrop.* hic d. 4.  
& *Dicast.* d. 4. n. 66. contra aliquos alios su-  
pensionem ferri non posse ob culpam alienam ,  
& consequenter suspensâ communitate non su-  
pendi particulares personas innocentes quoad  
se , sed tantum ut membra sunt delinquentis  
communitatis , quia iniquum est innocentem  
suffinere poenas soli nocenti debitas.

§. 2. Putant *Nav.* & alii suspensum ab officio 397.

hoc ipso suspendi à Beneficio , quia prohibito  
principali prohibetur accessorium , sed cum  
communi probabiliter negat *Castrop.* p. 5. ali-  
quando enim fertur suspensio ab officio , ali-  
quando à Beneficio , aliquando ab utroque simul.

§. 3. Multi cum *Suar.* d. 2. f. 4. putant suspen- 398.

sum ab ordine inferiore hoc ipso suspendi à Su-  
periore , quia ubi minora prohibentur , dedecet  
concedi majora , secundum regulam Juris , è con-  
tra *Castrop.* pu. 5. §. 1. negat cum aliis , quia in pœ-  
nis facienda est stricta interpretatio & non ex-  
ten-

tenso ultra verba , neque inconveniens est , ut  
privatus minore honore vel officio relinquatur  
in majore , pro quo tollendo necdum censetur  
delictum sufficiens commisisse .

399. §. 4. Dixi l. 4. n. 778. suspensum simpliciter  
ab omni officio & Beneficio , etiam si sit occultus  
& non denunciatus , promoveri non posse ad di-  
gnitates vel Beneficia ecclesiastica , in modo promo-  
tionem ad Beneficium esse irritandam hoc ipso ,  
quod ab omni officio sit suspensus , non tamen  
si tantum ab aliquo officio , super quo non fun-  
detur Beneficium .

400. §. 5. Si Cajus ordinatus sit Sacerdos ad titu-  
lum vitiosum , ideoque sit suspensus , quamvis  
postea obtineat Parochiam , non ideo ex titulo  
Parochiae obtentæ licet absolvet , quia non ideo  
sublata est suspensio ab actibus Ordinis suscep-  
tis , absolvere autem est actus non solius jurisdictionis  
sed etiam Ordinis : è contrà poterit validè  
& licet exercere actus , qui sunt solius jurisdictionis  
aut Ordinem non requirunt , uti delegare  
re alteri jurisdictionem ad audiendos suos Paro-  
chianos , assistere Matrimonii suorum , hæc enim  
potestates nullo modo fundantur in Ordine , à  
cujus exercitio suspensus est , sed in sola jurisdictione  
aut potestate alia , quamvis abesse Ordine .  
An autem & quando peccet , qui ita suspensi  
confitetur , dixi l. 6. p. 1. à n. 211 .

401. §. 6. Quamvis in quibusdam electionibus  
prærequiratur v. g. Ordo subdiaconatus ut quis  
sit capax elegandi , tamen si quis sit suspensus a  
Beneficio & ab exercitio Ordinis , non ideo est  
suspensus ab eligendo , quia eligere est actus ali-  
cujus quasi jurisdictionis , aut saltem planè di-  
versæ potestatis , uti patet in laicis conversis &

mulieribus saepe elegentibus sine ullo Ordine,  
doceretur clarè Glossa ad Cap. Presbyterum dist. 28.  
us verbis: Beneficium refinebit & locum in choro, &  
intabit cum aliis, & intererit electionibus, sed hoc so-  
nus deest ei, quod non debet ministrare ut Sacerdos. Idem  
docent alii communiter cum Nav. Suar. Bonac. Fill.  
Pafferino de Electione. c. 10. n. 95. Castrop. d. 4. p.  
§. 1. n. 9. Leurenio in foro benef. p. 2. q. 278. Et  
suspensum ab actibus ordinum non esse suspen-  
sum à jure eligendi, docent expressè Hostiens. Si-  
gon. Henrig. Suar. Fill. Barb. Leuren. q. 276. n. 4.  
dique, & hoc declarasse sacram Congregatio-  
nem testatur Pafferinus suprà, qui n. 98. rectè sic  
concludit, sola igitur suspensio, vel simpliciter, vel ab  
officio, vel si esset suspensio ab eligendo, privat voce activa  
electione, non vero suspensio a Beneficio vel ab Ordine.  
§. 7. Dubitatur, an suspensus per annum, 402.  
teneatur suspensione ultimo die anni bissextilis,  
nam libertas promissa servienti per annum ac-  
quiritur, si serviérunt 365. diebus, L. Cum heres,  
Stichus, De statuliberis, ergo similiter hic. At-  
tamen puto oppositum esse probabilius, tum,  
quia duo illi dies in Februario habentur pro-  
anno, tum etiam quia suspensionem ferens ad an-  
num, intelligit, usque dum anno sequente re-  
currat & absolvatur hic dies, & per accidens est,  
quod ille annus habeat dies 366. Videri potest  
Castrop. d. 4. à n. 83. qui d. 5. à n. 207. notat suspen-  
sionem aliquando esse puram poenam, si nempe  
ad certum tempus feratur propter delictum præ-  
aratum, & hoc tempore evoluto cessare absque  
absolutione: aliquando esse censuram, si feratur  
ut medicina propter contumaciam præsentem  
corrugendam, & tum indigere absolutione.

DU-